



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis


In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

11. Octobris. 5. Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314



II. Octobris. 5. Idus.

Vixit B. RODERICE, tyro Cisterciensis
se vide- in Morerola; qui magnis passibus
zur cir- per virtutum palæstram properasti,
ca aññ utpote metam nondum finito proba-
 1400. tionis anno feliciter assecutus. Duplex
 incendium animo tuo insidens more-
 tem acceleravit: alterum patiendi, al-
 terum fruendi vita immortalis: & rectè
 quidem, victoriam enim antecedit
 certamen, quod ex sudore non tempo-
 re superi metiuntur. Certè ad palman-
 te vocatum testis fuit Ferdinandus
 DEI famulus, qui te aurea redimitum
 corona inter Angelorum choros tri-
 umphantem vidit. *Hostibus animæ for-*
midabilia sunt Patientiæ arma: contra
impatiens animum tradit inimico arma,
quibus ipse perimatur. Meritò igitur il-
lam amabo, hanc fugiam.

Floruit
anno
 1170.


B. GUALTERE Daniel, Mo-
 nache Rievallis, eruditione & pietate
 celebris; utrâque te imbuunt illud An-
 gliæ lumen Alfredus, nactus tam sedu-
 lum sui imitatore, ut in virtutibus
 penè parem, in doctrina etiam mayo-
 rem te multi æstimaverint. Stylum
 tunc maximè virili manu duxisti, cum
 Virginis Deiparæ honor contra ma-
 styges

styges te in arenam vocavit: cujus sine macula Conceptionem, & Virginitatem perpetuò illibatam pluribus libris propugnasti. Non video qua ratione quisquam hominis Christiani mereatur nomen, qui de Dei Matre humile aliquid ne dicam vitiosum sentiat. In Deum injurius est, qui putat, post Deum majori honore dignius aliquid esse Mariam.

S. BERNARDUS, ser. 25. de div.

Sapientia, qua Dei erat, & Deus erat, de sinu Patris ad nos veniens, edificavit sibi Domum, ipsam scilicet Matrem suam Virginem Mariam, in qua septem columnas excidit. Quid est in ea septem columnas excidere, nisi ipsam dignum sibi habitaculum fide & operibus preparare?

Maria
Virgo
Domus
Sapientia.



12. Octobris. 4. Idus.

B. EUSTACHI, Abbas Florefien-
sis, vel ut alii legunt, de Flay, in Nortmannia; ex qua in Angliam missus, vita, miraculorum patracione & Verbi Divini prædicatione gloriam Apostolici nominis promeruit. Unicus ille fons, cui tu vim medicam precibus indidisti, tot penè effudit prodigia quot

Floruit
anno
1260.